Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 73

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 158.

Cod: LXXIII

membr: 4. min: Soec: 14 v. 15.

1. 6. 2.

Elucidarium.

Elucidarium, seu Dialogus magistrum inter et discipulum Summam totius christianae Theologiae complectens. Incipit: "Gloriose magister rogo te vt ad inquisita mihi ne pigriteris respondere." Totum in codice nostro decem foliis absolvitur, quod tamen fusius exhibuit Gabr. Gerberon in edit: opp: S. Anselmi Paris: Fol: 1721. pag: 457. De authore hujus operis non constat. Gerberon de ipso hanc fert censuram: (a) "Hunc librum Anselmi nomine insignitum Espencoeus prae, lo primus commisit Paris: ao 1560. Unde post, ea inter S. Anselmi opera excusum est Colo, niae ao 1575. Quandoquidem vero in eo plurima vana, inepta, et S. Anselmi doc, trinae adversa deprehenduntur, indignum prorsus, quod illius operibus adnumeraretur, judicatum est" - - - "Honorio Augustodunensi id operis adscripsit Tri, themius l: de Eccl: Scriptoribus. Guillel, mo Conventriensi Carmelitae, qui vixit circa ann: 1360. P. Theophilus in Cro, matis adjudicavit: cujus tamen Senten, tiam P. Labbe confutat ex Ms: codice colleg: Clerom: qui hujusce Carmelitae aeta, tem superat. Neutri ego illud opus asseram, sed cuidam S. Anselmi Studio, so, qui ex ipsius maxime Sententiis hanc christianae, vt ait, Theologiae Summam concinnavit."

(a) Fol. 6. post Proloquium.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 73

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 159.

Nota: Elucidarium in veteri codice ms: Monasterii B. Mariae de Fontanis in Dioecesi Turonensi nomen Abælardi praefert; in codice Claraevallensi tribuitur Angelo Montis Leonis. Martene T. V. Col: 1362. Vide etiam Placidum Braun Notit: litt: de codd: mss.

Cod: LXXIV.

Chartac: 4. min: Sæc: 17. 1. 6.3.

Instructio ad Cantum Chorale.

Brevis instructio ad cantum choralem, ab Anonymo coetus nostri concinnata. Incipit: "Pro breviori fundamento Musicae choralis talis Divisio datur" Opusculum mutilum est: desinit enim in verba: "Sequitur figura Signorum.

Cod: LXXV.

Chart: 4. min: Sæc: 13. & 14. 1. 6.4.

B. Bartholomæi de Bragantiis Epitome de festis Domini. B: V: M: et Sanctorum

Beati Bartholomaei de Bragantiis Epitome seu concisi Sermones de festis Domini, B: V: Mariae, et Sanctorum, praecipue ord: Praedicatorum. Titulus est: "Incipit Bartholomeus." Initium: "Augustino professionis meae legifero didici". Eruditi, quos consului asserunt, Bartholomaeum edidisse

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 73

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27413

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)